



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Praxis meditationis in lectionem diei louis. Cap. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

Praxis Lætionis diei Iouis.

CAPVT XII.

HOC die meditaberis profundum & crudele Coronationis Christi mysterium, ab Euangelista Mattheo Cap. 27. vti supra diximus, accuratè descriptum: cuius omnia & singula verba, ne lōgæ meditationis cōscriptione lectori molestus sim) diligenter ac minutatim perpende & considera, quia melius aut elegantius aut dici, aut scribi non potuit.

Meditatio diei Iouis.

Pauca nihilominus pro moueri historiae declaratione adiungam.

CONSIDERA igitur quomodo immanes Christi tectores necdum cruciatibus eius satiati, quamuis eum tam malè tractatum ac toto corpore dilaniatum conspicerent: Christum arreptum ad Pilatum adduxerunt, illique suggesserunt, eo quod se regē faceret, ipsam meritò coronandum & vestimentis regijs induendum esse: Quibus Pilatus cū hoc ad Iudeorum rabiem
 sedan-

sedandam animosque permouendos plurimum facere intelligeret, facile annuit. Quapropter eum paulo ante vestibus indutum denudò vestimentis exierunt, quo vulnera renouata, & Christus ingenti denudò pudore suffusus fuit: vestesque purpurea veteris, sordida ac pulueribus obsita, induerunt, quæ mox sanguini defluenti è lacerato corpore, non secus ac pellis adhæsit: deinde pallio eum coccineo, quod ab aliquo seruorum Pilati mutauerat, circumdiderunt: idque ad ignominiam Regij nominis, eò quòd se Regem, vti reuera erat, constitueret.

Capiti verò tenerrimo coronam è iuncis marinis acutissimis & ad instar ferri durissimis contextam imposuerunt: eamque vt capiti profundius infingeretur, arundinibus & baculis percusserunt: Demum arundinem manibus eius inseruerunt, & genua coram eo curuantes, eum irriferunt, per ludibrium dicentes:

Aue Rex Iudæorum.

Simul etiam alapas in faciem eius

PARS SECUNDA. 261

ius impingentes: pugnis collum ferientes: & sputis foedissimis diuinum vultum deturpantes.

CONTEMPLARE animam meam, vt durissimæ hæ spinæ delicatum caput Dei perforent: & vsque ad cerebri medullam penetrent: Aspice vt sanguis per faciem, oculos, collum, & pectus, in terram copiosè defluat: flauisque capillis inherens, eos è flauo sanguineos reddat.

ASPICE diuinam illam faciem ita deformatam: vt non amplius vultum speciosi IESU referat, sed hominis laniati & excarnificati.

CERNE vt pretiosissimus sanguis illius abiectissimorum & perditissimorum hominum eum torquentium pedibus conculcetur.

INTVERE diuinos eius oculos, qui tum propter spinarum aculeos, tum quòd ex sanguine defluente simul compacti & conglutinati essent, aperiri nequibant.

O crudelis & immisericors anima mea, quomodo non præcomparsio-

passione scinderis, dum adedò crudele tormentù & lamentabile mysterium tecum reuoluis?

O bone IESV salus animæ meæ: da mihi hanc coronam quæ te cruciat: Etenim, quandoquidem anima mea ita dura & ingrata est, vt ex horum consideratione nihil omnino ad commiserationem permoueatur: illa cor meum circumdabo: eam cordi meo imprimam, vt tormentorum tuorum atrocitatem experiatur: & tibi Deo suo, qui pro illius amore omnia hæc sustinisti, compati discat.

Praxis Læctionis diei Veneris.

CAPVT XIII.

*Meditatio
diei Veneris.*

LECTIO diei Veneris, immensa profunditatis & sublimitatis est: insignesque in se considerationes complectitur.

CONSIDERA namque quomodo posteaquam Pilatus vix tandem post plurimas vias pro IESV liberando tentatas, mortis in eum sententiam huiusmodi tulisset: vt in
crucem